

CORPUS  
JURIS CIVILIS  
ACADEMICUM,  
IN SUAS PARTES DISTRIBUTUM,  
USUIQUE MODERNO ITA ACCOMMODATUM,  
UT NUNC STUDIOSORUM QUIVIS, ETIAM TYRO,  
UNO QUASI INTUITU, OMNES LEGES  
DIGESTORUM & CODICIS,  
OMNESQUE TITULOS  
INSTITUTIONUM  
INVENIRE POSSIT.

AUCTORE  
CHRISTOPH. HENR. Greiesleben,  
*alias* FERROMONTANO,  
J. U. D. CONSIL. CAMER. ET MIN. SAXO-GOTH. ET ALTENR.  
EDITIO NOVA,  
*cum maior primum*  
LOCI PARALLELI  
ET SESE INVICEM ILLUSTRANTES ACCESSERUNT.  
TOMUS I.

*Cum Privilegio Sacrae Cæsareæ Majestatis.*

*COLONIÆ MUNATIANÆ,*

Sumptibus EMANUELIS THURNISII,  
M DCC XLVIII.





## AD LECTOREM.



US Civile Romanum, quod propter  
divinam in eo elucentem sapientiam,  
& æquitatis excellentiam, omnium  
fere gentium assensu comprobatur,  
tam varium & multiplex est, ut  
omne illud vi memoriæ complecti, supra humani  
ingenii captum videatur esse positum. Præter multas au-



D. JUSTINIANI,  
SACRATISSIMI PRINCIPIS,  
C O D I C I S,  
Repetitæ Prælectionis,  
CONSTITUTIONES III.

I. De novo Codice faciendo.

*Imperator JUSTINIANUS Augustus  
ad Sénatum urbis Constantino-  
politanae.*



Hec, que necessario corrigenda esse multis retro Principibus vi-  
fa sunt, interea tamen nullas eorum ad effectum ducere au-  
sus est: in praesenti rebus do-  
nare communib[us] auxilio Dei  
omnipotentis censuimus, & pro-  
lixitatē litiū amputare, mul-  
titudine quidem Constitutionum,  
qua tribus Codicibus Gregorio-  
no, Hermogeniano, atque Theodo-  
diano, continebantur, illarum  
etiam, qua potest eosdem Codices  
a Theodosio divinæ recordatio-  
nis, ainsique potest cum retro Principibus & à nostra etiam Clementia  
polite fiant, resecanda: uno autem Codice sub felici nostri no-  
minis vtabulo componendo, in quem colligi tam memoratorium  
triū Codicū, quam novellas potest eos positas Constitutiones  
oportet.

§. 1. Neoque ad hoc maximum, & ad ipsius Reipublicæ suscen-  
tationem respiciens opus efficiendum, elegimus tanco fatigio labo-

T o m. II.

rum, tanteque solitudini sufficientes, Joannem, virum exced-  
entissimum, exquissarem nostri palatii, consularem atque patri-  
cium: Phocam, virum eminentissimum, magistrum milieum,  
consularem atque patricium: Basiliadem, virum excellentissimum,  
exprefecto praetorio Orientis, atque patricium: Thomam, virum  
gloriosissimum, quas fore sacri nostri palatii, & exconsule: Tri-  
bonianum, virum magnificum, magisteria dignitate inter agentes  
decoratum: Constantinum, virum illustrem, comitem sacrum  
largitionum inter agentes, & magistrum scrini libellorum, sacra-  
rumque cognitionum: Thophilum, virum clarissimum, comi-  
tem sacri nostri consistorii & juris in hac alia urbe dockorem: Di-  
scorum & Praetinentium, dilectissimos togatos fori amplissimi pra-  
toriani. §. 2. Quibus specialiter permisimus (reflecatis tam super-  
vacuis, quantum ad legum soliditatem pertinet, prefationibus,  
quam similibus, & contrariis, praterquam si juris alia divisione  
adjacentur: illis etiam, que in defuetudinem abierunt) certas &  
brevi sermone concisatas ex iisdem tribus Codicibus & novellis  
Constitutionibus leges componere, & congruis titulis subdere: ad-  
jucentes quidem & detrahentes. Imo & mutantes verba earum,  
ubi hoc rei commoditas exiget: colligentes vero in usam san-  
ctionem, qua variis Constitutionibus dispersi sunt, & sensum ea-  
rum clariorem efficientes: ita tamen, ut ordo temporum earum  
Constitutionum non solum ex adjectis diebus consulibusque, sed  
etiam ex ipsa compositione earum clarescat: primis quidem in  
primo loco, posterioribus vero in secundo poneadis: & si que

A

earum